



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1682. usque ad annum 1690

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 90119231

§. 96. Hieronymi Grimaldi Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67608)

subierat, mox sublato a tergo porte ad Sæc. XVII. A. C. 1685.
 Bassam adductus, inter Turcarum ca-
 chinos catenis onerari jubetur, ad Sul-
 tanum trahendus, ut suorum criminum
 rationem redderet. Tam inexpectata
 calamitate obrutus, defensionis loco
 in muta erupit suspiria, atque in tetrum
 carcerem coniectus, paulopost vili ad
 ludibrium curru, vinculis gravatus ac
 centum Janissaris circumdatus, ab Er-
 lavix Bassa Adrianopolim raptatus est.
 Petrozcius vero Turcicis copiis auctus
 Cassoviam liberare, a Bassa jubebatur,
 qui tamen tantam perfidiam execrans,
 obtenta delictorum venia ad Cæsaris
 partes reversus est, cujus exemplum
 quamplurimi rebelles secuti sunt.

§. XCVI.

*Hieronymi Grimaldi Cardinalis
 obitus.*

Ex Purpuratorum Collegio hoc anno Mem. de Retz t. 3. pag. 378. Balance des Card. p. 190.
 extremum obiit diem Hieronymus
 Grimaldus Nobilis Genuensis, qui a
 puero humanioribus literis, Philoso-
 phicis ac Theologicis disciplinis egregie
 instructus, Cæsaris stipendia merebat,
 deposito autem palteo sacræ militiæ
 nomen dedit, atque in Jurisprudentia
 laureatus, Romam se contulit, ubi a
 Gregorio XV. primo utriusque Signa-
 turæ

Aa 4

turæ

Sæc. XVII. turæ Referendarius, ab Urbano VIII.
A. C. 1685. Prolegatus, Urbis Prætor ac demum
 Seleuciensis Archiepiscopus renunciabatur, qua dignitate illustris ad Ferdinandum II. Cæsarem Nuntius Viennam & postea ad Ludovicum XIII. Regem in Gallias decretus est; inde Romanus redux, ad regendum Perusium & Urbini Ducatum electus, Romanam Purpuram obtinuit. simulque Aprumacensem Ecclesiam aliquamdiu administravit: ubique autem tantam prudentiam, probitatem, rerumque gerendarum dexteritatem exhibuit, ut tam Romæ, quam in Galliis eidem gravissima Ecclesiæ Regnique negotia committerentur; unde in laboris præmium Abbas sancti Florentii prope Salmurum, necnon Archiepiscopus Aquensis Ludovici XIV. Franciæ Regis nominatione renunciatus est. Defunctis etiam Innocentio X. & Clemente X. ab Hispanæ partis Cardinalibus in supremum Ecclesiæ Caput expetebatur, ast fortuna meritis haud respondente, tandem Aquis nonagenarius decessit. Scripsit Constitutiones Synodales, plurima Epistolarum volumina, præter Henrici IV. Galliarum Regis vitam ex Italico idiomate latine redditam.